

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Mejer Friedrich Hartwich

**Disputationum Physicarum Vicesimaquarta. Et Postrema. De Anima Rationali,
Eiusque Facultatibus**

Rostochii: Myliandrus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742737055>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742737055/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742737055/phys_0001)

DFG

R. U. phil. 1609. 10.

12.99

35 1717



*Disputationum Physicarum,
VICESIMA QVARTA.
ET POSTREMA.*

**DE
ANIMARAT
TIONALI, EJUSQUE
FACULTATIBUS.**

*Quam
Divina adspirante gratia*


*In Inlyta Academia Rostochiensi
SUB PRÆSIDIO*

M. GEORGII MEIERI
Duderstadensis Saxonis.

*Tuebitur
FRIDERICUS HARTWICH.*

Rostoch. Megopolitanus.

Ad diem 8. August. horis & loco consuetis.



Rostochij Typis Myliandrinis Anno 1610.

Magnificis, Clarissimis, Consultissimis, mul-
tarumq; rerum usu Perissimis viris,

DN: JONATHÆ GUTS-
LOBIO U. I. D.

& Provinciali Ducatum Slesvic. Hollsat.&c.
Cancellario dignissimo.

UT ET

DN. THEODORO

à SENDEN, I. U. D.

& Illustriss. Megapol. Principis Con-
siliario spectatiss.

Dominis Mecenatibus, Patronis, Promo-
toribus, fautoribus & affinibus suis offi-
ciose colendis, hoc Physicum exercitium
de Anima rationali tanquam prestant-
issimâ hominis parte in perpetua obser-
vantia indicium.

dat, donat, dicat,

FRIDERICUS HARTWICH.
Rostoch. Megap.

DE ANIMA RATIONALI EJUSQUE FACULTATIBUS.

Theorema I.

Anima rationalis est actus corporis organici, quo illud intelligentiae ac voluntatis est particeps.

I. *U*m hactenus de anima tam vegetante, quam sentiente actuū sit, nihil aliud restat, quam ut nonnihil etiam de rationali, eā quidem ratione, quatenus sub limitibus naturalis scientia comprehenditur agamus, atq[ue] sic finem exercitijs nostris physicis imponamus.

II. *Q*uæ v. præced. disp. 22. de vocabuli actus, ut & corporis significatione prolixius proposuimus, hic repetere haud opera pretium existimamus. Sufficiat in praesenti animam rationalem nihil aliud esse, quam formam substantialē ac specificam hominis. Actus enim nihil aliud est quam forma. Corpus quale in definitio-
ne describitur, est humanum. Ac forsitan probatione operosā hoc ipsum non indigeret, nisi à quibusdam recentiorib[us], Guclenio, Cas-
manno & alijs in dubium esset vocatum. Hi enim non animam,
sed vinculum animam cum corpore conjungens, seu ipsam corporis
& animæ unionem hominis formam constituunt. Quare illorum
argumenta in medium adducere animus est, ut quid ponderis ha-
beant videamus, quod priusquam facimus, veterem probatam &
ab omnibus fere receptam sententiam firmis aliquot rationibus
astruemus.

A 2

Quod

III. Quod itaq; non unio, sed ipsa anima forma sit hominis
naturæ animæ sic initio probamus. 1. Quia anima rationalis
homini largitur esse: Per animam enim rationalem homo est ho-
mo. Quod autem rei largitur esse; per quod res est id quod
est, illud ejus est forma. 2. Quia per animam rationalem homo
a ceteris animalibus περιττως differt. Quælibet autem res à re-
per formam περιττως differt. Περιττως differre dicimus ad diffe-
rentiam proprietatum accidentium immediatè à forma fluentium,
per quæ quidem etiam res à se in uicem distinguuntur, sed non περι-
ττως, verum de virtutib; quatenus à forma quæ principaliter differen-
tiæ rerum est causa proficiuntur. 3. Quia ab anima rationali
propriae proficiuntur hominis operationes. Quod enim hominis
operationes multò nobiliores sint operationibus equi, anima rati-
onali acceptum ferendum est. Illud autem rei est forma; à quo
ejusmodi operationes proficiuntur, quæ in nulla alia re-
periuntur.

IV. Rationes nostræ à uaneas curæ, quibus probatur non u-
nionem animæ & corporis esse formam hominii haec sunt: 1. Quia
unio est accidens. Nullum autem accidens constituit formam
substantiæ. 2. Quia non unio sed res quæ uniantur dant compon-
sito essentiam. Sic corpus & anima sunt è quibus homo componi-
tur. Necessariò igitur unum rationem habebit formæ, alterum ma-
teriæ. 3. Quia si unio corporis cum anima forma esset hominis,
esset omnium corporum forma unio. Nam in corporibus tam ani-
matis quam inanimatis datur unio materia & formæ: Ut autem
absurdum merito statuitur, si dicatur unionem materiæ & formæ
in lapide, lapidis esse formam; unionem corporis & animæ sentien-
tis in equo, equi esse formam: Sic quog; absurdum judicamus unio-
nem corporis & animæ rationalis in homine, hominis esse formam.

V. Eorum qui contrariam tuerintur opinionem argumenta pre-
cipua hec sunt: 1. Sublata unione tollitur forma hominis. Ergo
unio est forma. 2. Ubi forma, ibi formatum. At qui non ibi statim
est

est corpus, ubi anima, quia anima Beatorum sunt apud cælestes
patrem: corpora vero eorum in sepulchris. Non ergo anima potest
esse forma hominis. 3. Parte partis non potest esse forma: Form si-
quidem non partem sed totum compositum informat. Atqui ani-
ma est pars hominis: E.

VI. Ceterum argumenta hæc & id genus alia non tantum vi-
dentur habere ponderis, ut propter ea à superiori, quæ multò firmiorib-
us rationibus manita sit, sententiā nobis sit recedendū. Nam pri-
mum multis modis erroneum est & fallax, quod vulgari illo nati-
tur axiomate: Quo sublatō tollitur res ipsa, illud est forma rei.
Certè si hoc simpliciter & absolute est verum erit & materia for-
mae rei, quia sublatā eā non minus tollitur res, quam si ipsa forma
tollatur; erunt & propria forma, quia sublatū proprijs tollitur res
ipsa, cum impossibile sit propria separari à formā salvā radem ma-
nente. Quare ut propositionem hanc: Sublatā formā tollitur
res ipsa, dubenter admittimus: sic alteram: Quo sublatō tolli-
tur res ipsa, illud est forma repudiamus: nam non datur reci-
procatio. Soluta unione corporis & anima, perit homo, tollitur for-
ma, verum est. Inde vero male infertur: Ergo unio est forma,
potius inferendum erat: Ergo anima forma, quæ per dissolutionem
discessit; illa enim si non discessisset, homo formam non amississet.
Alterum confundit anima considerationem absolutam cum respe-
ctiva. Anima quatenus absolute consideratur non est forma, sed
spiritus: quatenus vero respectivè, cum respectu videlicet ad cor-
pus, est forma. Non igitur extra corpus sed in corpore anima for-
ma appellanda. Hinc sit quod absolutam anima considerationem
non Physica sed Metaphysica sibi vendicet. Dicimus ergo ad argu-
mentū, animas Beatorum quæ apud R. d. n. ptorem nostrum Chri-
stum degunt in cælū, non esse amplius formas corporum, sed spiritus.
Inquis forsitan: Qui potest forma naturam suam exuere, & ex for-
ma fieri non forma? Huid prolixā opus est responsione. Qui enim
præstantiam ac prærogativam anima rationalis, quam præ ceteris

formū obtinet noverit, ad p̄epositam quæstionem facillimo negotio respondere poterit. Tertium & postremum argumentum confundit subiectum denominationis cum subiecto i[n]f[us]ionis. Probat enim quod formatum non sit materia sive corpus, quippe quod pars tantummodo est hominis: sed totum compositum, sotius homo, & hinc infert, nullam causalitatem exercere animam ratione corporis. Verum est quod compositum dicatur formatum, sed inde non sequitur, quod informatio corporis nulla fiat. Totum compositum dicitur agere: totum item pati tanquam subiectum denominationis, neq[ue] tamen inde sequitur, quod forma non sit causa agens, neque materia subiectum recipiens passionem: Sic totus homo dicitur informari, sed inde male infertur quod anima non habeat rationem formæ: neq[ue] corpus materia. Deinde de certitudine majoris p̄epositionis in argumēnto haud immerito dubitatur. Quid enim frequens magis in corporibus naturalibus est, quam hoc, partem scilicet unam essentialem formam esse alterius. Omne enim corpus naturale ex materia & forma tanquam partibus essentiis est compositum. Si itaq[ue] forma informat materiam, absurdum minimè erit dicere partem partis esse formam. Formans enim & materiam partes esse compositi manifestissimum est.

VII. Hic etiam de reliquis quæ in definitione anima ponuntur membris, agi debebat, intellectu videlicet per quem homo intelligit, & voluntate per quam liberè agit: sed quia hac potentia sunt anima rationalis, circa finem de ijsdem acturi sumus.

Theorema II

Anima rationalis est ex traduce

I. Inter ea quæ difficultate captum ingenij nostri superare videntur, haud postremum est hoc, quod anima rationalis originem inquirit. Rem difficultatis plenam esse, qua tam Theologos quam Philosophos etiam doctissimos reddidit desagitos fatemur. Fatum quod ingenuè, modum propagationis animæ, licet propagatio ipsa

ipsa exprimatur, exprimi à nobis non posse: Quis enim modum
istius propagationis verè admirandum non nature arcanis accen-
seret? Quare in præsenti non tam de modo propagationis anima
rationalis, quam propagatione ipsa solliciti erimus.

II. Variae autem hac de re apud autores opiniones leguntur.
Fuerunt qui animas humanas particulas substantie Dei esse, pro-
indeq; nec propriè creari, neg; à parentibus traduci, sed mirabili-
ter a DEO inspirari affirmarunt, ut Stoici, Manichai, Priscillia-
nistæ, Gnosti. Quidam animas humanas ex nihilo quidem cum
angelis à DEO creatas fuisse, sed omnes fastidio bonorum illorum
spiritualium quibus in calo fruebantur affectati, amare capisse res
terrenas, atq; idcirco à DEO in corpora tanquam in carcere de-
trusas affirmarunt. Hujus opiniones autorem Platonem esse ferunt.
Alij animas humanas simul cum angelis initio conditas esse, ac
deinde modo unam modo aliam ad corpus mitti statuerunt, quam
sententiam foverunt Pythagorei & Rabbini ex Hebreis. Nonnulli
originem animæ prorsus latere, neg; temerè quicquam definien-
dum esse censuerunt, hodieq; censem. Hujus opinionis post mul-
tas retro citroq; habitas disputationes D. Augustinus usq; ad mor-
tem fuisse perhibetur. Quidam docent hominibus singulis animas
singulas ex nihilo tum primum creari, cum in utero matri factus
concepti, atq; ad animationem preparati sint. Hanc sententiam
cum Aristotele unanimiter Pontificij, Scholastici Dd. Calvinia-
ni, omnes Italiæ Philosophi tueruntur ac defendant. Sunt deniq; qui
animas non minus quā corpora à parentibus originem trahere sta-
tuunt, quam sententiam cum Tertulliano nostrates Theologi ac
Philosophi ferè omnes amplectuntur.

III. Rejectis autem quatuor superioribus opinionibus, utpote
erroneis, de quibus satis prolixè Robertus Bellarminus tom. 3.
controv. 2. de amissione gratiæ & statu peccati lib. 4. c. 6. agit:
tantum de posterioribus duabus, qua utraq; non modo certis suis
rationi-

rationibus, sed etiam dictis merum virorum & Theologorum &
Philosophorum calculo nititur, tractationem nostram instituemus.
IV. Subscribimus autem sententiae omnium postrema, qua a-
nimam per traducem propagari statuit, moti sequentibus rationi-
bus. 1. Quia si anima adhuc calitus homini infunderetur, potius
creari dicendus esset homo quam generari, cum a parte posteri
semper fiat denominatio. 2. Quia omne vivens simile sibi procreat.
Leone gignit leo, nec corpus tantum sed & anima producit. Totum
enim generat totum. Quidni ergo & homo totus totum procrea-
lit hominem? Sane ratione repugnat, perficti alicuius animalis
partiale dari generationem. Hac enim ubi est, illi non simile
sed assimile producitur. 3. Quia Deus non amplius immediate,
sed mediatae producit homines. Non enim in creatione rerum mo-
do ordinario amplius est occupatus. 4. His Theologi testimonium
addunt scriptura Gen. 1. Benedixit Deus ihs (Adamo & Eva)
dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram: &
complura alia, quae apud ipsos legi possunt.

V. Eorum vero, qui animas quotidie novas creari, & calitus
infundi corporibus statuunt patrocinium suscipit Timplerius lib. 3.
phys. c. 1 q. 30. par. 3. triplici argumentorum genere usum. Primum a
testimonio sacra scriptura sumitur, quae sunt: quod Deus ducatur
fingere seu formare spiritum hominis Zach. 12. quod animam ho-
mini inspirare ducatur Sapient. 15. quod spiritus ducatur redire ad
Deum, qui dedit eum. Alterum ab origine anima Adami sumi-
tur. Quia sicut illam Deus ex nihilo creatam inspiravit corpori
Adamie ex limo terra formato: Ita verisimile est nunc etiam adhuc
cujusq; hominis corpori ex semine formato animam a Deo inspira-
ri. Tertium a natura anima rationalis, quae est substantia incor-
porea. Omnis autem substantia incorporea a Deo ex nihilo crea-
tur.

VI. Quamvis vero non negemus, hujuscemodi argumentis

juem

suam inesse vim probandi: attamen si conferantur cum ijs qua pro
contraria sententia stabilienda adducta fuere, per exigua ea depre-
hendetur. Nil aliud ergo restare videtur, quam ut argumenta
modo allata discussiamus. Respondemus itaq; ad primum, scripturæ
testimonia qua de creatione animæ loquitur videntur non esse acci-
pienda de immediatâ, sed mediata creatione qua sit per propagatio-
nem, alias enim non tantum anima, sed & corpus nostrum, imò
quicquid habemus immediate à Dño creatum dici posset, cum
Dñs omnium creator, dator & autor in sacris literis sepiissimè le-
gatur, nosq; in Symbolo Apostolico creationem non tantum animæ
sed & corporis nostri; sed & omnium creaturarum agnoscamus,
non quod hac omnia immediate à Dño creata sint, sed quod ab ipso
tanquam causa prima & universali sine qua causa secunda & par-
ticulares nil efficere possunt, pendeant. Non ergo dicta scripturæ
testimonia simpliciter creationem animæ probant, sed potius singu-
larem D. & I. providentiam in hoc opere demonstrant, quam adesse
haud insiciamur. Ad secundum, malè fieri illationem à productio-
ne animæ Adami ad productionem animarum in posteris ejus. Pari
enim Logicâ concluderem & corpus in posteris eo modo produci
quo corpus Adami, immediate scilicet ex limo terra, quod tamen
falsissimum est, nec ab ipsis qui hujus sententia patroni sunt con-
ceditur. Adamus immediate per creationem fuit productus, nos
vero ortus nostri principia proximè parentibus debemus. Ad ter-
tium initio respondemus substantiarum incorporearum non dari
propagationem extra materiam, sed in materia. Deinde animam
in corpore non habere rationem spiritus, qui est substantia comple-
ta, sed forma qua est substantia incompleta, unacum corpore com-
pletam constituens substaniam. Substantia vero vivens completa
completam per generationem producit substaniam. Praterea e-
differat Timplerius, quomodo anima brutorum qua non minus sunt
substantia incorporea, quam anima hominum propagari queant, si
anima rationalis propagari nequeat?

B

Argumen-

VII. Argumenta nostra convellere quidem conatus est, sed
frustra:stant enim adhuc inconcussa. Ad secundum & quartū dicit,
hominem procreare sibi simile in specie, hominem scilicet corpore
& anima constantem, sed negat illum procreare eundem secun-
dum omnes ipsius partes essentiales, nempe corpus & animam. Qua-
responsio semelipsam everit. Si enim homo producit hominem a-
nima & corpore constantem, quidni etiam corpus & animam pro-
ducet? Sed ne prorsus sine omni ratione hoc dixisse videatur, ad-
jungit corpus & animam conjunctim sumpta realiter differre ab
homine. Verum absurdum absurdum cumulat, an enim partes o-
mnes simul sumpta realiter differant à toto, alijs judicandum re-
linquo. Remittit quidem lectorem ad quest. 2. cap. 3. lib. 3. sue
Metaph. ubi illud ipsum à se probatum ait. Locum inspeximus, sed
nullum argumentum invenimus quod totum realiter & essentialiter
ut ipse loquitur à suis partibus conjunctim acceptis differre pro-
bat: probant omnia totum partim realiter distinctum esse à parti-
bus scorsim acceptis: partim etiam à partibus conjunctim acceptis
sed non realiter, verum r̄d̄ sive ratione, qua de re nulla inter-
nos intercedit controversia. Ad tertium dicit nihil absurdum inde
inferri posse, licet concedatur D̄Eum adhuc hodieq; in operum crea-
tione occupatum esse. Sanè si esset D̄Eus occupatus adhuc in rerum
creatione, absurdum quidam nihil sequeretur. Verum enim quod est,
absurdum non est. Sed quia amplius occupatus non est, absurdum
dicit Timplerus, quia falsum dicit. Dictum scriptura ex cap. 2.
Gen. peitum (DEUS quievit ab opere suo) ita restringit, quod ab
isto opere quieverit, quod præcedentibus diebus fecerat. Esto, ab
isto quievit, sed quid fecerat? animam fecerat, hominem fecerat,
& alias rerum naturalium species. Ergo animam non amplius
creat. Sed dicas: Non omnem animam, sed Adami tantummodo
creavit DEus. Bene est, nego omne corpus sed tantum Adami crea-
vit; nego hunc quem video equum creavit: nego tamen inde recte
infertur, Ergo corpora nostra, hic equus à D & O immediate sunt
creata.

creata. Omnia igitur animantium scriptura docente, natura monstrante generationem tam quoad animam quam corpus, non creationem afferimus.

Theorema III.

Anima rationalis secundum Philosophum est immortalis.

Quamvis Plutarchus de placit. philosoph. Cajetanus lib. 1. de anima c. 2. Pomponatius de immor. an. cum duce suo Alexandro anima immortalitatem Aristotelii incognitam fuisse arbitrentur: Nos tamen cum Scaligero contrarium statuimus. 1. Quia simplicem Aristoteles agnovit animam. Simplicem esse animam haud latet eum, qui scit eam actum esse, Εγενέτης, δέχεται apud Aristotalem. Nullus autem actus est potentia. Non igitur composita est, ideoq; in partes non resolutibilis. Scal. exer. 307. sect. 20. 2. Quia anima rationalis juxta Philosophum est natura cælestis, nempe quinta essentia, alia à quatuor elementorum natura. Animam a deo divinam in secundo de generatione animal: agnoscit rem (neg, confugias ad vñv: Ψυχὴ enim dicit ibi) ut nefas putarit, sine medio conjungi posse corpori corruptibili, cui illud illam conciliaret. Idem ibid. 3. Quia anima secundum Aristotalem à Deo ex nihilo creata εξ ἀδειῆς corpori accedit. Non potuit ergo ejus destructionem credere, nisi in suū ipsius principiū impingere voluerit, quo statuit, nullum quod est aliquid abire in nihilum. Anima aut interit, aut immortalis est. Si interit, cum sit simplex, neg, in principia (nullum enim habet) resolvatur, ad nihilum necessariō redigetur. Ergo ex aliquo nihil fieri. Quare converso Naturæ opere, sicut aliquid ex nihilo, quod est contra omnium decreta Peripat: Idem ibid. Plura vide apud Aegidium lib. 3. de anima c. 4. Connimb. de an. separ. dis. 1. Pererium lib. 6. Phys. c. 19. Toleium lib. 3. de anima q. 15.

Theorema IV.


Animæ facultates sūt intellectus & volūtas.

I. *Intellectus sive intellectio* (nam intellectus sapissimè ipsam animam substantiam denotat) est facultas anima rationalis, qua homines intelligibiles percipit atq; dijudicat. Objectum habet rō von rō quod tam universale, quam singulare sub se comprehendit, ut satis acutē probat Scaliger exer. 307. sect. 16. Quia vero intellectio est receptio speciei in intellectum: sicuti sensio in sensum, quaritur an intellectio sit passio quemadmodum sensio passio dicitur? Non omnis respondet Scaliger, sed sola prima apprehensio notionum, quas ipse intellectus cum agitat, dividit, componit, deducit, alias est intelligendi modus qui Actio appellatur, & actio est non passio. exer. 307. sect. 21. Breviter: quemadmodum sensio actio est & passio, sed diverso respectu, ut in praecl. disp. docuimus: actio quidem respectu apprehensionis, quatenus objectum sensile apprehendit, passio vero respectu dijudicationis, quatenus illud ipsum dijudicat: Sic quoq; intellectio & actio & passio dici potest. Passio quatenus speciem intelligibilem apprehendit: actio quatenus operationem suam in ea instituit. Consistit autem intellectio vel in terminorum simplicium apprehensione: vel in eorundem compositione & discursu. Hinc orta est distinctio illa intellectus in simplicem & compositum.

II. *Voluntas sive volitio* est facultas anima rationalis, quā homo ea que ab intellectu cognita fuere sub ratione boni vel mali fugit aut prosequitur. Est itaq; ejus objectum rō à exdō bonum sive illud revera sit tale, sive ad apparentiam saltem. Et sibi conjunctam habet tam appetitivam, quam Bénevoli: hac homo deliberat de medijs quibus ad monstratum bonum pervenire queat: illā media ad bonum ducentia eligit. Hinc liberum arbitrium in rebus externis & politiscis hominibus concessum natum est.

L A V S T I B I J E S U .

Hufennr. 204 fol. indec.





306. sect. 20. in hæc verba erumpens: Omne quum principium, aut à primo principio. Unia dependent igitur. Ergo suâ naturâ omnia ruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis; natura: nunquam vero corruptitur; nunquam immortalitate Deus ipsum donavit.

Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem dare licet. Nam 1. Angelus tantum, & aingunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se possunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.

Theorem III.

Angelus est spiritus, qui per se in corpore, sed semper extra corpore.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore, sed semper extra corpore. per accidens tamen id fieri posse, concedimus. quando corpora assumere, ut appareant bona est. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi co-

359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora nunt, & natura eorum non est, corporibus ut formare, meritò per se ab omni corporis unione.

II. Sunt vero Angeli in duplice differenti boni: quidam mali. Malitiam intelligimus, sed moralem. Diabolus enim ratione essens, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. 2. bonum: quia bonum cum Ente convertitur.

Quicquid autem à Deo creatum est, bonum

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 104